



Regale Sacerdotium Romano Pontifici Assertum

Sfondrati, Celestino

[Sankt Gallen], 1684

§. XII. Decimus Textus Canonicus ex c. alius item causa 15. q. 6 alliique
textus allegati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63125](#)

106 Lib. I. §. XI. Nonus textus Canon. ex c. per venerab. &c.
bitabantur) duxerimus dispensandum: quia tamen tam lex Mosaica, quam
Canonica sobolem susceptā ex adulterio de testatur testante Domino, quid
manzeres & spuri usq; ad decimam generationem in Ecclesiam non intra-
bunt. Canone verò vetante tales ad sacros ordines promoveri: secularibus
quoque legibus non solum repellentibus eos à successione paternā, sed ne-
gantibus ipsis etiam alimenta: petitioni tu& non duximus annuendum, &c.

In hac Decretali Summus Pontifex aperte testatur, se in locis domino suo temporali subjectis plenam exercere jurisdictionem temporalem, in aliis verò locis non plenam, sed limitatam, certisque ex causis: idque jure non tantum voluntarii compromissi (de quo nullum dubium esse potuit, cùm hoc non in solam personam Summi Pontificis cadat) sed jure divino expresso Deuteron. 17. & 2. ad Corinth. 1. Videatur Barbola ad hoc c.

S. XII.

*Decimus textus Canonicus ex c. alius item. causa
15. aliquo textus allegati.*

Summaria

3. Recitatetur c. alius item. causâ 15. q. 6. aliisque textus remissive.

I.

Eius textus historiam infra & ex professo explicabimus, quò lectorem remittimus, nunc tantùm verba recitabimus: habetur autem hic Canon in regesto Gregorii VII. lib. 8. epist. 21. ad Hermannum Metensem Episcopum scripta, ubi: *Alius, inquit, Romanus Pontifex, Zacharias scilicet, Regem Francorum non tam pro suis iniquitatibus, quam pro eo, quod tanta protestati erat inutilis, à Regno depositus: Et Pipinum Caroli M. Imperatoris Patrem in ejus locum substituit, omnesque Francigenas à juramento fidelitatis, quod illi fecerant, absolvit. Quod etiam ex auctoritate frequenti agit*

agit S. Ecclesia, cum milites absolvit à vinculo juramenti: quod factum est
his Episcopis, qui Apostolica auctoritate à Pontificali gradu deponuntur.

Ceterū ad propositum argumentum, nostrāmque sententiam
confirmandam deserviunt multi alii canones, quos brevitatis causā
tantum allegabimus, sunt autem c. ad abolendam 9. de heret. 6. licet 10.
de foro compet. c. ult. de paenit. c. decernimus. de sentent. excommunicis.
in 6. c. Si duobus. de appellat.



§. XIII.

Ecclesiasticam potestatem etiam in Reges eorumq;
temporalia extendi, auctoritate Concilii Constantien-
sis, quā Conventus Gallicanus maximè nititur, clare
ostenditur.

Summaria.

1. Historia Concilii Constantiensis.
2. Ejus pro nostra sententia quā plures constitutiones.
3. Quas cùm Galli, & merito venerentur, omnem exemptio-
nem superant.

I.

 Onstantiensis Concilii apud omnes Catholicos summa
est auctoritas: tum ob ingentia bona, quæ in Ecclesiam
universani redundarunt, sublato ingenti obstinatioque
schismate, quo tot annis conflictata est: tum ob viros do-
ctissimos, qui ad illud confluxere: ut merito Conventus Parisiensis
in secunda propositione fateatur: Sanctæ œcumenice Synodi Constanti-
ensis à Sede Apostolica comprobata, ipsōq; Romanorū Pontificum, ac totius
Ecclesie usū confirmata esse Decreta, atq; ab Ecclesia Gallicana perpetua
religione custodita. Videamus ergo, quæ hujus œcumenicæ Synodi in
argumento, quod versamus, fuerit sententia; si enim ostendatur id om-